



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancta Melania iuniore. Cap[itulum]. xcv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

Ziber

cessaria ministravit. Cum autem prefectus alexandrie predictos viros domini cum quibusdam episcopis palestnam in exilium mitteret Melania in habitu viri eos secuta est. Quod audiens consularis palestine: vt eam terreret: in carcerem misit: sed eius nobilitatem comperiens: eam prorsus relaxavit: deditq; ei licentiam: vt quocumq; vellet ad sanctos pergeret visitandos. Illis ho ab exilio reuocatis melania iherosolyme remansit: habens secum rusinum aquileie presbyterum: per cuius manus ipsa episcopis et clericis ac peregrinis de suis facultatibus ministrabat: et in talibus operibus per annos. lxxij. perseueravit. Cuius sanctis orationibus filius eius vrbannus in sanctitate creuit: et nobiles nuptias contrahens: duos filios catholicos et deuotos preceperat: qui etiam matri sue plura dona mittebat: vt sanctis elemosinis vberius insisterent. Hec apud hierusalem monasterium construxit: in quo virgines l. deo seruientes posuit: in quo et ipa etatis sue anno. lxxij. in pace requiescit.

De sancta Melania iunior. Cap. lxxv.



Melania iunior

quor cuius predicta melania fuit: cuius prefati verba in preteritis extitit filia in vrbe roma procreata. Que cum in vrba a parentibus nupti tradita fuisset: et duos filios quos genuerat: nece admisisset: cepit pulsare peregrinandi sibi concedenda. Qui licet diutius recusasset: licentiam tandem deo inspirate concessit: et omnes vestes sericas in pallia altarium dedit: reliquas per ecclesiarum ornamenta distribuit: aurum omne suum et argentum per manus pauli presbyteri discurrentis contulit: per egyptum thebaidem antiochiam: palestina: hierosolyma: et alia loca sancta: destinavit: seruos et ancillas manumissit: possessionibus pluribus venditis precium pauperibus diuisit: ceteras in subsidium monasteriorum retinuit. Sicq; per vrbem conuersus in virum alterum mutatus: mira penitentia se affligebat: et post alterum diem semper cibum sumebat. Melania vero in possessionibus suis cenobium construxit vbi cum. xv. eunuchis et. xl. virginibus et alijs ancillis suis libertati traditis deo fuit. Patrem quoque vir suum cum. xxx. monachis vitam duxit: vt eiq; ipsorum salutis: lectionibus: et orationibus vacans. Sicq; sancta dei melania bone anime smitatrix effecta: plena virtutibus in pace quiescit.

De sanctis munitione et eledia virginibus et martyribus. Cap. lxxvi.

Honus



Melanio et eledia virgines

et martyres apud ciuitatem ostiam passe sunt: que pro confessione christi diuturna custodia macerata: atq; deinde capitali sententia punire: presertim martirium celebrarunt. xi. kalendas nouembriis: vt dicit ado.

De sanctis Seruando et Bermano martyribus. Cap. lxxvij.



Seruando

et germano martyres apud hispaniam passi sunt sub presertim de viatore: qui post dira verbera et squalorem carcerum: et sitis ac famis inturiam: et longissimi itineris laborem: quem omnino ferro iubente eodem preside pertuleret. Nouissime martyris sui cursum gladio cecis ceruicibus implerunt: et quibus germanus apud emeritam ciuitatem iuxta beatam euliam sepultus est. Seruandus vero apud hispaniam oppidum iuxta sanctas iustas et iustinam conditus est. Passi sunt autem sancti martyres decimo kalendas nouembriis.

De sancto Seuerino episcopo et confessore. Cap. lxxvij.



Seuerinus

episcopus colonien. apud ipsam ciuitatem claruit. Qui effrate quidam heretico successit. Nazarius vt scribit in gestis sancti seruati: de quo supra actum est. Ita fuisse destructio vrbis treugrensis et prelati ac principes ipsum romam pro legatione destinarunt. Respondit seruatius: iter non esse tutum: nisi effrata hereticus ab episcopatu deponeretur. Illico congregata synodo episcoporum apud coloniam agrippinam: effrata hereticus iudicio synodi condemnatus deponitur: et seuerinus ordinatur. Dum autem seuerinus rediret ab vrbe apud coloniam a seuerino susceptus est. qui dum nocte oraret: seuerinus coloniam ignis super caput eius asperxit: que paulatim vsq; ad se venit: in quo loco seuerinus ecclesiam edificauit: quam et portam celi appellauit. Quiescit autem sanctus seuerinus in domino. x. kalendas nouembriis.

De sancto Seuerino boetio martyre. Cap. lxxvij.